

Caspar Mauritius

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Casparus Mauritius ... Ad Exequias, Quas ... Elisabethae Geismers/ Matri desideratissimae, Liberi Moestissimi Hodie ... paratas cupiunt, Omnes omnium ordinum Cives Academicos paramanter invitat : [P.P. Rostochii sub sigillo Rectoratus VI. Apr. Anno M.DC.LVII.]

Rostochii: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777448920>


Druck Freier  Zugang




Mauritius, C.,
in E. Geisner.

Rostock. 1657.

45





PROGRAMMA

151.

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
CASPARUS MAURITIUS,

Theol. D. P. P. & Superint.



Ad Exequias,

Quas

Optima Piossimaq; Fœmina

ELISABETHAE

Scismers /

Matri desideratissimæ,

LIBERI MOESTISSIMI

*Hodiè ad horam I. in templo Jacobæo
paratas cupiunt,*

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos paramanter invitæ,

✽ (e) ✽

Rostochii, Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

ANNO M. DC. LVII.



Go vivo, & vos vivetis. De vita aeterna Servator loquitur, & de futura quidem tanquam praesenti, propter divinarum promissionum immortam veritatem. Hoc solatium mortis acerbitati opposuit, ut & nos disceremus, adversum crucis & mortis horrores ad spectu vitae secura animari. Christi vita, nostra est vita, Christi resurrectio nostra resurrectio est, Christi victoria nostra est victoria. Et miranda quidem haec victoria est. Pulchre de ea redisserit Ruffinus in expositione Symboli: *Divina Filii DEI virtus velut hamus quidam fuit, habitu humanae carnis obiectus, ut principem mundi invitare posset ad agonem, cui, velut escam, tradidit carnem suam, ut hamo divinitatis suae eum intrinsecus teneret insertum, & effusione immaculati sanguinis, qui peccati maculam nescit, omnium peccata deleret. Sicut ergo hamum esca contactum si piscis rapiat, non solum escam ab hamo non remonet, sed & ipse de profundo esca aliis futurus educitur: ita & is, qui habebat mortis imperium, rapuit quidem corpus Jesu in mortem, non attendens in eo hamum divinitatis inclusum: sed ubi devoravit, haesi continuo, & disruptis claustris inferni velut e profundo extractus traditur, ut esca in terris fiat. Non ergo damno aliquo aut injuria divinitatis Christus in carne passus est, sed ut per infirmitatem carnis operaretur salutem in medio terra, divina natura in mortem per carnem descendit, non ut lege mortium detineretur a morte, sed ut per se resurrecturus januas mortis aperiret. Velut si quis rex pergat ad gentem inimicam, in qua proprios habeat captivitatis vinculo alligatos, eaque devicta carcere intret, in quo vinciti detinebantur & ingressus aperiat januas, resolvat catenas, vincula, ferreas & claustra comminuat, & vincitos liber-*

libertati restituit, dicitur quidem rex in carcere fuisse, non tamen
captivus ut ceteri, sed ut inter vinctos liber solveret vinctos. In
eundam sententiam scribit Euseb. Emis. homil. VI. de Pasch.
Mira & ineffabilis DEI nostri pietas: irruerat quidem mors
Paradisum, sed vita expugnavit infernum, legemq; mortalem
suscepta mortalitatis conditione calcavit, implens illud, quod
Propheta testatur: O mors ero mors tua, ac si mortis iniquitas
que se tanquam hominem vicisse gaudebat, expavit subito predam
suam, & in suo regno a suo, ut putabat, debitore constricta est,
& suo condemnata reo, a suo subjugata est captivo. Ideo suis
laqueis illigata & irretita perditio, dum deciperet, supplantata
est, dum interficeret extincta est, dum devoraret absumpta est.
Et Hieron. Epist. III. O mors, quæ Christi morte mortua es,
illius morte nos vivimus, devorasti & devorata es, dumq; assumpti
corporis Christi sollicitaris illecebra, & avidis faucibus predam in-
vadis, interiora tua adunco dente confossa sunt. Gratias tibi
tua agimus creatura Christe salvator, quod tam potentem adver-
sarium nostrum, dum occideris, occidisti. Quid ante miserius ho-
mine, qui æterni mortis honore prostratus vivendi sensum ad hoc
tantum acceperat, ut periret! At DEI gratia veram no-
bis redonavit vitam, quam sua resurrectione resti-
tuit Salvator. Sed resurgentibus, hoc est, expoliantibus
veterem hominem & in novitate vitæ ambu-
lantibus. Hymnographus Regius Psalmo CIII.
juventâ Aquilæ renovari testatur. Quod quomodo
fiat, explicat Ambrosius Sermon 54. Hæc avis assidua
commutatione habitus sui longam ducere fertur ætatem, & vetustis
jam fatiscentibus plumis, nova pennarum successione juvenescere
ita ut depositis antiquitatis exuviis, rediviva indumentorum na-
turalitate se vestiat. Docent rerum naturalium magi-
stri, aquilam renovari super limpidū fontem sum-
mo

monitu in Cœlum ad versus solem volitando, ubi calore & agitatione vetustis pennis excussis in fontem subjectum delabitur, inde emergens inæter alas pul-
lorum fota novas plumas assumit & juvenescit. Ad eundem modum vetus homo per fervens melioris vitæ desiderium, ad misericordiæ solem evolare contendit, cujus calore in DEI amorem exardescens, veteres pennas, id est pristinos mores, quibus ad vias devias avolabat, generosè excutit, ac tandem in fontem lacrimarum delapsus alacri novitate juvenescit. Esaias aquilas assumere fortitudinem innuit. Pii fortes esse studeant in opere spirituali, qui antea fortes erant in patrandis operibus carnis. Audiamus Augustinum: *Aquila cum senectute pressa fuerit, immoderatione rostri crescentis, inopia comedendi langvenscens modo quodam naturali in mensura reparanda quasi iuventutis dicitur collidere & percutere ad petram ipsum quasi labiū superius atq; ita conterendo illud ad petram excutit. Accedit ad cibum & omnia reparantur: erit post senectutem tanquam juvenis aquila, redit vigor omnium membrorum, nitor plumarum, gubernacula pennarum, volat excelsa sicut ante.* **FIT IN EA QVÆDAM RESURRECTIO.** Et nobis firmitas Petræ (Christus petra est) excutiat vetustatem: per Christi resurrectionem renovetur atq; reflorescat ut aquila iuventus nostra! O terq; quaterq; felices, qui in hoc seculo sic resurgunt! Futurum enim est, ut resurgant in die decretorio, & Servatoris nostri resurrectionis participes reddantur. Illi nempe, qui hic crucis & exterioris & interioris participes fuerunt. Et talem quidem fuisse laudatissimam
Fœmi-

Fœminam ELISABETHAM GEISMER, cui
hodie exequiæ parantur, nullum dubium esse potest,
CUM CHRISTO CRUCEM PERPESSA, PER
CHRISTI SPIRITUM RENOVATA, IN CHRI-
STO OMNESUPERAVIT ÆRUMNAS, ET IN-
TER BRACHIA CHRISTI SALVA, A CHRI-
STO GLORIOSAM EXPECTAT RESURRE-
CTIONEM. Nata est piè defuncta nostra Anno
MDCXV. XXIV. Maji Patre Viro Amplissimo
& Prudentissimo DN. NICOLA O GEISMER,
hujus Urbis Senatore gravissimo, Matre Ornatissi-
sima, lectissimaque Fœmina ELSA WESSELS,
Avum Paternum habuit DN. MICHA ELEM
GEISMER, hujus urbis Senatorem meritissimum:
Aviam Paternam ELSA M FRIESEN, ex vetustis
Friesiorum & Makeniorum Familiis ortam: Proa-
vum Paternum DN. MICHA ELEM GEISMER,
Opt art. Magistrum, Reip. Rostochiensis Senatorem
& Canobii S. Crucis Præfectum dignissimum: Proa-
viam Paternam MARGARETAM Albrechts/ DN.
HENRICI Albrechts/ Civis quondam primarii &
cerevisiarii Filiam. Avum Maternum laudavit Vi-
rum pl. Reverendum & Clarissimum, DN. LAU-
RENTIUM WESSELIUM, initio Ecclesiæ Fema-
riensis Pastorem & Inspectorum, post Pastorem
Nicolaitanum Wismariensem meritissimum:
Aviam Maternam Honestissimam Fœminam AN-
NAM Schmiden/ DN. BALTHASARI Schmiedes/
hujus

hujus urbis civis primarii & cerevisarii, & ELSÆ
KIRCHOVIÆ Filiam: Proavum Maternum DN.
NICOLAUM WESSELIUM, Civem hujus urbis
primarium & Cerevisarium: Proaviam Maternam
MARGARETHAM Mecklenburgs. His Parenti-
bus Avisque orta & imprimis Jesu Servatori per ba-
ptismum implantata, in pietate & virtutibus lauda-
tissima fundamenta jecit, cujus rei specimina illu-
stria in agone ultimi morbi edidit. Anno M. DC. XXXIII
IX Julii de voluntate & sententia Parentum, Deo
rem moderante, nupsit Viro Amplissimo & Pruden-
tissimo, DN. WINHOLDO Gerdes/ hujus urbis
Senatori gravissimo, DN. MARTINI Gerdes/ Con-
sulis quondam & Syndici Gustroviensis, Judicii que
Provincialis Assessoris meritissimi Filio. Conjugium
per undecim annos intemerata fide & suavissima
concordia duravit. Neq; infœcundū fuit. Vidit enim
piē defuncta ex se natos Anno 1653. 1. April. CHRIS-
TOPHORUM & Anno 1642. 29. Aug. NICOLA-
UM, quorum prior propter maritima negotia abest,
alter præsens desideratissimam Matrem luget. Dis-
solutum hoc est Conjugium morte Mariti exopta-
tissimi Anno MDCXLIV. VI. Sept. Secuta tempora
lacrimis & desideriis Mariti dilectissimi data sunt,
donec elapso sexennio Deo sic disponente, consen-
tientibus Agnatis, ad secunda vota transit & An. M.
DC. L. XXX. April. Viro Consultissimo atq; Claris-
simo DN. HENRICO SCHNIDLER, J. U. D. & Ad-
vocado

vocato Eximio, nupsit. Felix hoc conjugium fuit amore Conjugū tenerrimo atq; Sobole una mascula PATRI cognomine, HENRICO. Et jam spem magnam piè defuncta conceperat duraturæ felicitatis. At ô vanas hominum spes! ANNO quippe M DC LII secundo Marito eodemq; longè charissimo privata ad priores Viduitatis molestissimæ copulos relapsa est. Perstitit tamen in Viduitate ad extremum vitæ halicum, suppeditante robur Servatore CHRISTO, qui & Orphanorum Pater & viduarum iudex est. Anno M DC LVI. Mense Februario morbo correpta est, de quo audiendum iudicium Viri Excellentissimi & Experientissimi DN. JOHANNIS BACMEISTERI, Med. D & P. P. Celebrissimi, Dn. Collegæ & Amici honoratissimi. Id vero sic habet:

Quindecim ferè jam Menses sunt, cum primum ad Matronam jam piè demortuam vocarer, à quo tempore varii iug, gravissimi Affectus, scorbutus scilicet, Calculus, tene sinus Vteri intestinorumq; exulceratio, & quam plurimi alii valde illam divexarunt: Et quamvis præterita estate adhibitis convenientibus remediis aliquatulum à priori furore remittere videbantur, ita ut domi in ambulare aëriq; externo sese sensim comittere inciperet; tamen inopinatum illi qui jam debellati videbantur affectus & gravem recidivam, quæ teste Hippocrate plerumq; lethalis, & Avicennâ radice sua deterior est, ipsi de insperato intulerunt, cum majore quam antea symptomatum perniciosissimorum congerie accedente interiarum partium gangrenâ. Ex quo factum, ut licet ab utroq; Medico non tantum priora sed etiam generosiora adhiberentur remedia, tamen robur nobilium partium, quarum officio vita carere nequit, paulatim deficeret, calorq; natus omnis post Deum curationis auctor cum humido suo radicali pedetentim extingueretur.

Sic mortua est XXXI. Mart. hora secunda, postquam
iteratis vicibus cœlesti pabulo corporis & sanguinis
Dominici refecta esset, & in fide JESU TR I U M-
PHATORIS omnes dolores magna animi constan-
tiâ superâsser. Cum vero piè defunctæ exuviæ ho-
die sint in dormitorium Christianæ sepultura cere-
moniis inferendum, à vobis, omnium Ordinum Ci-
ves Academici, peramanter contendimus, ut supre-
mum honorem piè defunctæ, Fœminæ Christianæ
fidei constantia & patientia splendidissimæ exhibe-
re, atque in solatium Vivorum frequentes conveni-
re haud dedignemini. Simul Deo Reipubl. utramq;
commendate, & vos mortales esse seriis & effi-
cibus meditationibus comple-


ctimini,

P. P. Rostochii sub sigillo Rectoratus

VI. Apr, Anno M. DC. LVII,

Conventus fiet in templo Jacobæo

ad horam I.





vocato Eximio, nupsit. Felix
more Conjugū tenerrio at
PATRI cognomine, HENRI
gnampiē defuncta conceper
Atō vanas hominum spes! AN
secundo Marito eodemq; lon
ad priores Viduitatis molesti
est. Perstitit tamen in Viduit
halicum, suppeditante robur
qui & Orphanorum Pater &
Anno M DCLVI. Mense Fe
pia est, de quo audiendum ju
tissimū & Experientissimū
BACMEISTERI, Med. I
mi, Dn. Collegæ & Amici ho
habet:

*Quindecim ferè jam
Matronam jam pie demortuam voca
gravisissimi Affectus, scorbutus scilicet
testinorumq; exulceratio, & quamplu
runt: Et quamvis præterita æstate ad
diis aliquatulum à prioris furore reman
inambulare aëriq; externo sese sensim
inopinatum illi qui jam debellati via
recidivam, quæ teste Hippocrate pleru
dice sua deterior est, ipsi de insper
quam antea symptomatum perniciosiss
interiarum partium gangrena. Ex
Medico non tantum priora sed etiam
media, tamen robur nobilium partiu
nequit, paulatim deficeret, calorq; nati
nis auctor cum humido suo radical*

gium fuit a
una mascula
m spem ma
æ felicitatis.
de M DCLII
imo privata
ulos relapsa
remum vitæ
CHRISTO,
m judex est.
orbo corre
ri Excellen
HANNIS
Celeberrim
Id vero sic
cum primum ad
mpore varii iig.
esimus Vteri in
de illam dixera
nientibus reme
atur, ita ut domi
aciperet; tamen
tus & gravem
& Avicennâ ra
at, cum majore
gerie accedente
ut licet ab utroq;
adhiberentur re
ficio vita carere
& Deum curatio
extingueretur.

